

110.

tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt·
sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros·
prurientes auribus· Et a veritate quidem audi
tum avertent· ad fabulas autē convertentur·
Tu vero vigila· in omnibus labora· opus fac
evangelistę· ministerium tuū impple· sobrius
esto· Ego enim iam delibor· & tempus resolu
tionis meę instat· Bonum certamen certavi·
cursum consummavi· fidem servavi· In reliquo
reposita ē mihi corona iustitię· quam reddet
mihi dns in illa die iustus iudex· Non solum
autem mihi· sed & his qui diligunt adventū ejus·

IN NATALI VNDE SUPRA·

LECTIO LIBRI SAPIENTIĘ·

ECCE SACERDOS MAGNVS QVI IN
diebus suis placuit dō· & inventus ē
iustus· & in tempore iracundię· factus ē reconci
liatio· Non ē inventus similis illi· qui conserva
ret legem excelsi· ideo iureiurando· fecit illum
dns crescere in plebem suam· Benedictionem om
nium gentium dedit illi· & testamentum suum
confirmavit sup caput ejus· Cognovit eum in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm18669/0223